

OSTEOLOGIA

SEU

DOCTRINA DE OSSIBUS.

M

ELENCHUS OSTEOLOGIÆ.

DE ossibus generatim.

Divisio sceleti.

Ossium numerus & nomen.

- Nexus.
- Substantia.
- Color.
- Figura.
- Divisio.
- Processus.
- Cavitates.
- Usus.

De cranio generatim.

Os frontale.

Ossa parietalia.

Os occipitis.

Ossa temporum.

Os sphenoidale.

— ethmoideum.

De ossibus faciei generatim.

Ossa maxillaria superiora.

— jugalia.

— nasalia.

— lachrymalia.

— spongiosa inferiora.

Ossa palatina.

Vomer.

Maxilla inferior.

D
De cavitatibus
Orbita.
Cavitas
—
Dentes.
Circus faucium
Os hyoideum.
Cavitas auditoria
Officula auditoria
De trunco
Spina dorsalis.
De vertebra
De cavitate
Colza.
Sternum.
De cavitate
Ossa innominata
Os sacrum.
— coccygis.
De extremitatibus
Clavicula.
Scapula.
Os humeri.
De cubitibus
Cubitus.
Radius.
Carpus.
Metacarpus
Digiti.
De extremitatibus

De cavitatibus faciei speciatim.

Orbitæ.

Cavitas narium.

— oris.

Dentes.

Cavitas faucium.

Os hyoideum.

Cavitas auditus.

Officula auditus.

De trunco generatim.

Spina dorsi.

De vertebrae speciatim.

De cavitate thoracis.

Costæ.

Sternum.

De cavitate pelvis.

Ossâ innominata.

Os sacrum.

— coccygis.

De extremitatibus superioribus.

Clavicula.

Scapula.

Os humeri.

De antibrachio.

Cubitus.

Radius.

Carpus.

Metacarpus.

Digiti.

De extremitatibus inferioribus.

Femur.
Tibia.
Fibula.
Patella.
Tarsus.
Metatarsus.
Digiti.
Ossecula sesamoidea.
Sceletus fœtus.





DE OSSIBUS GENERATIM.

OSSA sunt partium solidarum durissimæ, siccissimæ, infensiles, & fragiles.

COMPAGES ossium totius corporis, in naturali situ connexorum, vocatur *Sceletus*.

Sceletus est vel *naturalis*, si ossa propriis adhuc ligamentis, vel *artificialis*, si ossa sine ligamentis ope filorum ferreorum connexa sunt.

DIVISIO Sceleti.

Sceletus dividitur in *caput*,
truncum,
& *extremities*.

CAPUT dividitur in *cranium* &
faciem.

FACIES dividitur in *maxillam superiorem* &
inferiorem.

TRUNCUS dividitur in *spinam*,
thoracem &
pelvem.

EXTREMITATES dividuntur in *superiores* &
inferiores.

EXTREMITATES SUPERIORES dividuntur in
summitatem humeri,
brachium,
antibrachium &
manum.

MANUS dividitur in *carpum*,
metacarpum &
digitos.

EXTREMITATES INFERIORES dividuntur in
femur,
crus &
pedem.

PES dividitur in *tarsum*,
metatarsum &
digitos.

NUMERUS ET NOMEN OSSIUM.

Sceletus adulti hominis constat ex 240. ossibus.

CRANIUM constat ex 8. ossibus.

1. Os *frontis*.
1. Os *occipitis*.
2. Ossa *parietalia*.
2. Ossa *temporalia*.
1. Os *sphenoideum*.
1. Os *ethmoideum*.

MAXILLA SUPERIOR constat 13. ossibus
 duo ossa *maxillaria superiora*.

— — *jugalia*.

— — *lachrymalia*.

— — *nasalia*.

— — *palatina*.

— — *spongiosa inferiora*.

unum os *vomer*.

MAXILLA INFERIOR constat uno osse.
maxilla inferior.

CAVUM ORIS habet ossa propria 33.

32. *dentes.*

1. *os hyoides.*

CAVUM AURIS habet ossa propria 4. in utroque 8.

Stapes.

Malleus.

Incus.

os orbiculare.

TRUNCUS Sceleti constat 53. ossibus.

SPINA dorsi habet 24. vertebrae.

7. *vertebrae colli.*

12. *vertebrae dorsi.*

5. *vertebrae lumborum.*

THORAX habet ossa 27.

24. *Costae.*

3. *os Sterni.*

PELVIS constat ossibus 4.

2. *ossa innominata.*

1. *os sacrum.*

1. *os coccygis.*

SUMITAS HUMERI habet 2. ossa.

Clavicula.

Scapula.

HUMERUS constat osse uno

os humeri.

ANTIBRACHIUM habet ossa 2.

cubitus.

radius.

CARPUS constat ossibus 8. quae duas series formant.

in *prima serie os naviculare.*

os lunare.

— cuneiforme.

— subrotundum.

in secunda serie os multangulare majus.

— multangulare minus.

— capitatum.

— unciiforme.

METACARPUS constat 5. ossibus.

4. ossa metacarpi digitorum.

1. os metacarpi pollicis.

DIGITI habent 14. ossicula.

2. phalanges habet pollex.

3. phalanges quilibet digitus.

FEMUR habet unum os.

os femoris.

CRUS constat 3. ossibus.

tibia.

fibula.

patella.

TARSUS habet 7. ossa.

Talus.

calcaneus.

os naviculare.

3. ossa cuneiformia.

os cubiforme.

METATARSUS constat 5. ossibus.

5. ossa metatarfi.

DIGITI pedis habent 14. phalanges.

2. phalanges pollicis.

3. phalanges cujuslibet digiti.

OSSIIUM NEXUS.

TRIA sunt connexionum genera.

- I. Nexus *mobilis*, qui *Articulatio* vocatur, seu *Diarthrosis*.
- II. Nexus *immobilis*, seu *synarthrosis*.
- III. Nexus *mediatus*, seu *symphisis*.

ARTICULATIONUM, seu nexus mobilis, sunt 5. species.

- I. *Articulatio profunda*, seu *Enarthrosis*.
- II. *Articulatio plana*, seu *Arthrodia*.
- III. *Articulatio Ginglyformis*, seu *Ginglymus*.
- IV. *Articulatio cardiniformis*, seu *Trochoides*.
- V. *Articulatio ambigua*, seu *Amphyarthrosis*.

SYNARTHROSIS, seu nexus *immobilis*, habet 3. species.

- I. *Sutura*.
- II. *Harmonia*.
- III. *Gomphosis*.

CONNEXIONIS MEDIATÆ, seu *Symphisis*, sunt 5. species.

- I. *Synechondrosis*, seu *symphisis cartilaginea*.
- II. *Syssarcosis*, seu *symphisis muscularis*.
- III. *Synevrosis*, seu *symphisis ligamentosa*.
- IV. *Syndesmosis*, seu *symphisis membranacea*.
- V. *Synostosis*, seu *symphisis ossea*.

ARTICULATIONUM CONDITIONES sic se habent.

- I. *Enarthrosis* est articulatio, in omnem ambitum mobilis, cum cavo profundo. Caput femoris cum acetabulo ossium innominatorum unice sic articulatur.

- II. *Arthrodia* est articulatio, in omnem ambitum mobilis, cum cavo fere superficiali. Caput humeri cum cavitate glenoidea scapulæ, aut digitus index cum suo osse metacarpi sic articulatur.
- III. *Ginglymus* est articulatio, quæ solummodo flexionis & extensionis motum admittit. Genu cum femore, cubitus cum humero sic movetur.
- IV. *Trochoides* est articulatio, in qua circa cardinem rotatio ad latus observatur. Sic in pronatione & supinatione radius super cubitum. Sic caput & prima vertebra colli circa processum odontoideum vertebræ secundæ movetur.
- V. *Amphyarthrosis* est ossium articulatio cum motu vix visibili. Sic ossa metacarpi & metatarsi articulantur & moventur.

Species connexionum immobilium sic constituuntur.

- I. *Sutura* est ossium immobilis connexio ope marginum dentiformium. Sic ossa cranii connectuntur.
- II. *Harmonia* est ossium immobilis connexio ope marginum asperorum, non dentiformium. Sic plurima ossa faciei connexa sunt.
- III. *Gomphosis* est ossium immobilis connexio, in qua os ossi adeo infixum est, ut clavus parieti. Sic radices dentium infiguntur alveolis maxillarum.

Species connexionum
 constituntur
 I. Synarthrosis
 II. Synarthrosis
 III. Synarthrosis
 IV. Synarthrosis
 V. Synarthrosis
 Hæc triplex

Species connexionum *mediante* alio corpore sic sunt constitutæ.

- I. *Synchondrosis*, seu *Symphysis cartilaginea*, est ossium connexio ope cartilaginis intermedia. Sic corpora vertebrarum, sic ossa pubis inter se connectuntur.
- II. *Syffarcosis*, seu *Symphysis muscularis*, est ossium connexio per musculos. Sic os hyoides cum variis partibus connectitur.
- III. *Syndesmosis*, seu *Symphysis ligamentosa*, est ossium connexio per ligamenta. Sic radius cum ulna, tibia cum fibula ope ligamenti interossei connectuntur.
- IV. *Synevrosis*, seu *Symphysis membranosa*, est ossium cohesio ope membranæ. Sic in fœtu ossa parietalia cum frontali cohærent.
- V. *Synostosis*, seu *Symphysis ossea*, est ossium concretio ope substantiæ intermediae ossæ. Sic maxilla inferior, quæ in fœtu ex duabus partibus constat, in sua medietate concrefcit; sic in senibus futura cranii ossificatur. Sic tres ossium innominatorum partes in acetabulo femoris concrefcunt.

OSSIUM SUBSTANTIA.

Hæc triplex invenitur.

Substantia compacta.
spongiosa.
reticularis.

SUBSTANTIA COMPACTA ex latis & plurimis fibi invicem incumbentibus lamellis constat. Et maxime invenitur in medietate ossium longorum.

SUBSTANTIA SPONGIOSA ex brevibus, fibi non incumbentibus, sed fibi oppositè locatis lamellis constat, quæ spongiæ similes cellulas formant. Hæc substantia maxime in extremitatibus ossium longorum & in ossibus parvis invenitur.

SUBSTANTIA RETICULARIS ex tenuibus filamentis ossis, quæ retis adinstar fibi neuntur, constat. Invenitur in cavitate interna ossium longorum, quæ medullam habent.

COMPACTA substantia ossibus dat firmitatem, *Spongiosa* dat ossibus levitatem & succo medullari receptaculum. *Reticularis* est ossium medullæ fulcrum.

COLOR OSSIUM.

- COLOR** substantiæ *compactæ*, est albido-rubens.
- externa *cranii* tabulæ, est albido-cærulescens.
- substantiæ *spongiosæ*, est fusco-rubens.
- substantiæ *adamantinæ* dentium, est albissimus & splendens.

FIGURA OSSIUM.

Hæc varia est, quædam ossa sunt *longa*, alia *lata*, alia *multiformia*.

DIVISIO REGIONUM IN OSSIBUS.

Ossa *longa* in corpus & extremitates; ossa *plana* in medietatem & margines; ossa *multiformia* in corpus & processus dividuntur.

PROCESSUS OSSIUM. *apophyses*

Illorum figura varia est. Hinc vocantur *cristæ*, *spinæ*, *condyli*, *capita*.

CAVITATES OSSIUM.

A figura vocantur *acetabula*, *foveæ*, *foramina*, *sulci*, *canales*, *cellulæ*, &c.

USUS OSSIUM.

FULCIUNT totum corpus. *Formant* corporis figuram & staturam. *Defendunt* viscera, *Dant* musculis adhætionem & situm.

DE CRANIO IN GENERE.

De cranio generatim notari debet

DIVISIO in *Calvariam* & *basim* seu fundum.

COMPOSITIO ex 8. ossibus.

CONNEXIO. Hæc 8. ossa connectuntur partim per *suturas*, partim per *harmonias*.

SUTURÆ cranii. Hæ in *veras* & *spurias* dividuntur.

Sutura *veræ* sunt tres.

1. *Sutura coronalis*, quæ os frontis cum ossibus parietalibus,

2. *Sutura sagittalis*, quæ ossa parietalia invicem conjungit.

Wintelney

3. *Sutura lamdoidea*, seu *occipitalis*, quæ os occipitis cum ossibus parietalibus & temporalibus colligat.

Sutura spuria, sunt *sutura squamosa*, quæ os temporis ad marginem inferiorem ossis parietalis utrimque conjungunt.

In basi cranii 2. notabiles *harmonia* sunt

1. *Harmonia ethmoidea*, quæ os ethmoideum &
2. *Harmonia sphenoidalis*, quæ os sphenoidium cum variis ossibus cranii & faciei conjungit.

SUBSTANTIA CRANII. Cranium constat ex *interna* & *externa* tabula compacta, inter quas substantia spongiosa, quæ *Diploe* vocatur, intercedit. Interna cranii tabula etiam ob politam & fragilem superficiem *vitrea* dicitur.

OSSICULA quæ *Wormiana* vocantur, inveniuntur præcipue in sutura lambdoidea.

FOSSÆ in basi cranii, quæ cerebrum & cerebellum continent, sunt 8.

2. Fossæ *anteriores*, quæ ab osse frontali & ethmoideo formantur.
2. — *mediæ*, quæ ab osse sphenoidali & temporali.
2. — *occipitales superiores*, quæ ab osse occipitali.
2. — *occipitales inferiores*, quæ ab eodem & temporali formantur.

FORAMINA

FORAMINA

FORAMINA

I. Per f.

II. Per f.

FORAMINA in basi cranii sunt

10. *paria &*
2. *imparia.*

FORAMINUM PARIUM sunt:

1. Foramina *cribrofa* in osse ethmoideo.
2. — *optica* in osse sphenoido.
3. *Fissuræ orbitales superiores* in eodem.
4. Foramina *rotunda* in eodem.
5. — *ovalia* in eodem.
6. — *spinosa* in eodem.
7. Canales *carotici* in parte petrosa ossium temporum.
8. Foramina *auditoria interna* in eadem parte.
9. — *lacera* inter os temporis & os occipitis.
10. — *condyloidea anteriora* in osse occipitis.

FORAMINUM IMPARIUM sunt 2.

1. *Foramen cæcum* inter os frontis & os ethmoideum.
2. *Foramen occipitale magnum* in osse occipitali.

I. Per *foramina cribrosa* transeunt nervi *olfactorii* ad cavum narium.

II. Per *foramina optica* transeunt nervi *optici* & per illos arteria *centralis optica*.

- III. Per *fissuras orbitales superiores* transit *tertium, quartum, primus ramus quinti paris, & sextum* par nervorum cerebri, atque *arteria orbitalis interna*.
- IV. Per *foramina rotunda* transit *secundus* ramus quinti paris.
- V. Per *foramina ovalia* transit *tertius* ramus quinti paris.
- VI. Per *foramina spinosa* intrat in cranium *arteria spinosa* ad *duram matrem*.
- VII. Per *Canales caroticos* intrat *arteria carotis interna* & exit *nervus intercostalis magnus*.
- VIII. Per *foramina auditoria* transit ^{arteria} *portio dura* & *mollis nervi auditorii*, & *arteria auditoria interna*.
- IX. Per *foramina lacera* exit *vena jugularis interna*, ^{glossopharyngea et} *octavum* ^{vagum} par nervorum & *nervus accessorius*.
- X. Per *foramina condyloidea anteriora* exeunt *nervi linguales, seu nonum par*. *hypo-glossica*
- Per *foramina imparia* transeunt.
- I. Per *foramen cæcum* exit *parva vena*.
- II. Per *foramen occipitale magnum* exit *medulla spinalis* & intrant *arteriæ vertebrales*, atque *nervus accessorius medullæ spinalis*.
- In *craniò infantum neónatorum* adnotari debet *fontanella*, seu locus ille membranofus in *synchypite*, qui nondum ossificatus est.

OS FRONTALE.

SITUS in antica cranii parte.

FIGURA est, ut media concha.

DIVISIO in superficiem externam & internam.
in basim & marginem.

PROCESSUS in superficie externa sunt.

1. *Tabera frontalia*, quæ latera externæ superficiæ constituunt.
2. *Arcus superciliares*, qui margines superiores cavorum orbitalium sunt.
3. *Spina frontalis externa*, est apophysis cui ossa nasi incumbunt.
4. *duæ apophyses orbitales externæ.* } quæ angulos orbitarum constituunt.
5. *duæ apophyses orbitales internæ.* }
6. *Spina frontalis interna*, quæ in basi ossis ante foramen cæcum in interna superficie est.

CAVITATES in superficie externa

1. *Cavitates duæ orbitales*, quæ orbitæ partem superiorem constituunt.
2. *Fovea glandulæ lachrymalis* in externo angulo orbitæ.
3. *Fovea pro trochlea muscoli obliqui superioris bulbi* in interno angulo orbitæ.
4. *Foramen superciliare*, quod nervum frontalem emittit in arcu superciliari.
5. *duo sinus pituitarii frontis*, in basi ossis inter dehiscentes tabulas ossis.

CAVITATES INTERNÆ.

1. *Sulcus* pro finu longitudinali duræ matris.
2. *Foramen cæcum*, sub spina frontali interna.
3. *Excisura ethmoidea*, pro receptione ossis ethmoidei.

CONNEXIO cum 7. ossibus 1. Cum ossibus *parietalibus*. 2. *Nasi*. 3. *Lachrymalibus*. 4. *Maxillaribus*. 5. *Jugalibus*. 6. *Ethmoideo*. 7. *Sphænoideo*.

USUS. *Constituit* frontem, sinus pituitarios, partem superiorem orbitæ, *continet* lobos anteriores cerebri.

OSSA PARIETALIA.

SITUS. Sibi invicem accumbunt in parte suprema cranii.

FIGURA fornicata & quadrata fere est.

DIVISIO in *superficiem externam convexam*.
 — — — — — *internam concavam*.

in 4. MARGINES.

superior seu sagitalis.

inferior — temporalis.

anterior — coronalis.

posterior — occipitalis.

in 4. ANGULOS.

Duo *anteriores*, unus *superior*, alter *inferior*.

Duo *posteriores*, pariter *superior* & *inferior*.

CAVITATES EXTERNÆ.

Foramen parietale, quod in parte postica marginis sagittalis est & arteriolam duræ matris emittit. *et sinu longitudinale.*

Planum semicirculare, in margine temporali pro adhæfione muscoli temporalis.

CAVITATES INTERNÆ.

Sulci media pars in margine sagittali pro sinu longitudinali duræ matris.

Sulcus pro arteria spinosa duræ matris in angulo inferiori & anteriori, a quo omnes cæteri sulci arteriosi oriuntur.

CONNEXIO cum 5. ossibus 1. Cum suo socio per futuram sagittalem. 2. Cum ossè temporis per futuram squamosam. 3. Cum ossè sphenoido per eandem futuram. 4. Cum ossè frontis per futuram coronalem. 5. Cum ossè occipitis per futuram lambdoideam.

USUS. Hæc ossa constituunt cranii partem superiorem.

OS OCCIPITIS.

SITUS in parte cranii postica & inferiori.

FIGURA est quadratum oblongum.

DIVISIO in superficiem externam, quæ convexa.

— — — — — internam, quæ concava est.

PROMINENTIÆ EXTERNÆ sunt.

1. *Tuberculum occipitale externum*, quod in medietate ossis est & ligamento nuchæ adhæfionem dat.

2. *Processus basilaris*, qui a foramine occipitali magno ad os sphenoidale extensus, basim cranii constituit.
3. *Processus condyloidei*, qui ad latera foraminis occipitalis magni locantur, & foveis articularibus primæ vertebræ colli excipiuntur.

PROMINENTIÆ INTERNÆ.

1. *Spina cruciata*, quæ in medietate interna offis est, & in 4. ramos dividitur.
ramus superior, qui processui falciformi,
rami duo laterales, qui tentorio cerebelli,
ramus inferior, qui septo cerebelli adhæsi-
 onem dat.

CAVITATES EXTERNÆ.

1. *Dux excisuræ* pro formando foramine lacero in marginibus inferioribus.
2. *Foramen occipitale magnum*, per quod *medulla spinalis* exit, & *arteriæ vertebrales*, atque *nervi accessorii spinales* intransunt.
3. *Duo foramina condyloidea anteriora* ante processus condyloideos, quæ *nonum*, seu *linguale par nervorum* emittunt.
4. *Duo foramina condyloidea posteriora* retro processus condyloideos, per quæ *vena occipitalis* exit.

CAVITATES INTERNÆ.

1. *Dux fossæ occipitales superiores*, quæ posticos cerebri lobos excipiunt.

2. *Dux*

2. Duæ fossæ occipitales inferiores, quæ cerebellum excipiunt.
3. Fossa medullæ oblongatæ, quæ in processu basilari est, medullam oblongatam continet.
4. Sulcus superior intra lineas eminentes superiores spinæ cruciatæ, in quo sinus longitudinalis superior locatur.
5. Duo sulci laterales, qui sinus laterales duræ matris excipiunt.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum ossibus parietalibus, per futuram lambdoideam 2. Cum ossibus temporum, per futuram eandem. 3. Cum osse sphenideo, per symphysim ligamentosam in juventute. 4. Condyli cum foveis articularibus primæ vertebræ colli, per ginglymum.

USUS. Constituit partem posticam & inferiorem cranii. Continet lobos cerebri posteriores, cerebellum & medullam oblongatam. Inservit articulationi capitis.

OSSA TEMPORUM.

SITUS ad latera & partem cranii inferiorem.

FIGURA irregularis est.

DIVISIO in tres partes

in squamosam,
mammillarem &
petrosam.

PROCESSUS EXTERNI sunt

1. Apophysis zygomatica, quæ ex parte squamosa emergit.

2. *Tuberculum articulare*, quod radix apophys-
is zigomaticæ est, & ante foveam articula-
rem locatur.
3. *Apophysis styloidea*, ex parte petrosa emergit.
4. ——— *mastoidea*, quæ in parte mammil-
lari est, & cui musculus sternomastoideus
adhæret.

CAVITATES EXTERNÆ sunt,

1. *Fovea articularis*, in inferiori superficie.
2. *Rima foveæ articularis*, in medietate foveæ.
3. *Orificium externum meatus auditorii*, quod
in externa superficie ossis est.
4. *Sulcus mastoideus*, qui sub processu mastoi-
deo est, ex quo *musculus biventer* maxillæ
inferioris oritur.
5. *Foramen stylo-mastoideum*, intra processum sty-
loideum & mastoideum, ex hoc foramine
portio dura nervi auditorii in tempora
exit.
6. *Canalis caroticus*, qui parti petrosæ inscul-
ptus est, *nervo intercostali magno* pro exi-
tu & *arteriæ carotidi internæ* pro introitu
inservit.
7. *Excisura*, in parte petrosa, quæ cum ossis
occipitalis excisura *foramen lacerum* consti-
tuit.
8. *Tuba Eustachiana*, quæ inter partem petro-
sam & squammosam e cavo tympani exit.

CAVITATES INTERNÆ sunt,

1. *Sulcus arteriæ spinosæ*, in medietate partis
squammosæ ascendit.

2. *Manu*
3. *Oris*
4. *quod*
& n
CONNEXIO
per furc
tali, p
noidal
osse ju
maxi
SUBSTAN
Pars
substan
USUS. Lob
or
T
O
STRUS in
FIGURA m
panse
DIVISIO
PROMIN
1. Sp
c

2. *Meatus auditorius internus*, in superficie posita partis petrosæ, qui *nervum auditorium mollem* transmittit.
3. *Orificium internum aquæductus Falopii*, quod in meatus auditorii interni orificio est, & *nervum auditorium durum* recipit.

CONNEXIO cum 5. ossibus. 1. Cum ossè *parietali*, per futuram squammosam. 2. Cum ossè *occipitali*, per futuram lambdoideam. 3. Cum ossè *sphenoidali*, per harmoniam sphenoidalem. 4. Cum ossè *jugali*, per harmoniam zygomaticam. 5. Cum *maxilla inferiori*, per arthrodiam.

SUBSTANTIA. *Pars squamosa* ex tabulis & diploe; *Pars mammillaris* ex cellulis; *Pars petrosa* ex substantia compacta constat.

USUS. Lobos cerebri medios, partem cerebelli, & organum auditus *continet*.
Tempora & basim cranii *constituit*.

O S S P H E N O I D E U M.

SITUS in medietate basis cranii.

FIGURA multiformis est, vespertiloni, cujus alæ expansæ sunt, comparatur.

DIVISIO in corpus & apophysès,
in *superficiem externam*, quæ extra cranium,
in *superficiem internam*, quæ intra cranium est.

PROMINENTIÆ EXTERNÆ sunt:

1. *Spina sphenoidalis*, quæ cum vomere nasi connectitur.

2. *Alæ majores*, quæ in partem temporalem, orbitalem, & cerebralem dividuntur.
3. *Apophysis pterygoidea*, quæ radicem in parte superiori & duas alas parvas, quarum una interna, altera externa est, in parte inferiori habet.
4. *Hamulus* in ala interna, pro musculo circumflexo palati.
5. *Apophyses spinosæ*, quæ penes foramina spinosa sunt.

PROMINENTIÆ INTERNÆ.

1. *Alæ minores*, quæ tenues sunt & partem superiorem fissuræ orbitalis internæ constituunt.
2. *Apophyses clinoidæ anteriores & posteriores*, quæ anguli sellæ turcicæ sunt.
3. *Corpus ossis*, quod pars sub sella turcica est.

CAVITATES EXTERNÆ sunt,

1. *Sinus pituitarii sphenoidales*, qui septo intermedio discernuntur & corpori ossis insculpti sunt.
2. *Fovea pterygoidea*, quæ inter alas est, & os palatinum suscipit.
3. *Foramina canalis pterygoidei*, quæ in radice apophysium pterygoidearum sunt, per quæ ramus recurrens quinti paris nervorum in cavum cranii redit.

CAVITATES INTERNÆ.

1. *Sella turcica*, quæ fovea est inter quatuor apophyses clinoidæas.

2. For
3. R
4. For
5. For
6. Fo

COVEX
dalis.
3. Can
libus.
superi
mere,
chond

Usus. Fo
nem
porum
contu

SITUS
FIGURA
DIVISIO

2. *Foramina optica*, per quæ *nervus opticus* & in ejus meditullio *arteria centralis* transit.
3. *Rimæ orbitales superiores*, quæ *tertium, quartum, primum ramum quinti paris & sextum par nervorum*, atque *arteriam orbitalem internam* transmittunt.
4. *Foramina rotunda*, quæ *nervum maxillarem superiorem*
5. *Foramina ovalia*, quæ *nervum maxillarem inferiorem* transmittunt.
6. *Foramina spinosa*, per quæ *arteria spinosa* in cavum cranii intrat.

CONNEXIO cum 9. ossibus ope harmoniæ sphenoidalis. 1. Cum ossè *frontis*. 2. Cum *ethmoideo*. 3. Cum ossibus *parietalibus*. 4. Cum *temporalibus*. 5. Cum *jugalibus*. 6. Cum *maxillaribus superioribus*. 7. Cum *palatinis*. 8. Cum ossè *vomere*, per gomphosim 9. Cum *occipitali*, per synchondrosim ligamentosam.

USUS. *Format basim cranii, concurrat ad formationem orbitæ, finnum pituitariorum nasi, temporum, & continet medios cerebri lobos.*

O S E T H M O I D E U M.

SITUS antè in basi cranii, & simul in suprema narium parte.

FIGURA cubiformis est.

DIVISIO in 6. *superficies*.

Superficies superior, cribrosa est, & cavum cranii respicit.

———— *inferior*, in cavum narium prominet & turbinata est.

———— *anterior*, sinibus frontibus contigua est.

———— *posterior*, ossi sphenoideo jungitur.

———— *laterales, dextra & sinistra* planæ sunt, papyraceæ quasi, & orbitæ partem internam constituunt.

PROMINENTIÆ EXTERNÆ & INTERNÆ sunt,

1. *Crista galli*, quæ superficiem internam in duas partes discernit, & processui falciformi duræ matris pro puncto adhæisionis inservit.

2. *Lamina cribrosa*, quæ duplex est, & internam ossis superficiem format.

3. *Lamina perpendicularis*, seu *septum ethmoidale*, quod a crista galli descendit, substantias cavernosas dividit, & in regione inferiori cum vomere connexum est.

4. *Substantia cavernosa*, in utroque latere laminæ perpendicularis una, quæ ex cellulis ossis constat & ossa *turbinata suprema* format.

5. *Plana papyracea*, quæ substantias cavernosas a latere tegunt, & orbitæ partem lateralem internam constituunt.

CAVITATES EXTERNÆ & INTERNÆ.

1. *Foramina cribrosa*, quæ plurima sunt juxta cristam galli in interna superficie, & transmittunt ramulos *nervorum olfactoriorum*.

2. *Foramen orbitale nasi*, quod in latere orbitæ interno est, intra os frontis & tabulam papyraceam ossis ethmoidei, atque *ramum nasalem nervi orbitalis* transmittit.
3. *Cavernulæ*, substantiæ cavernosæ, quæ sinus pituitarios ethmoidales constituunt.

CONNEXIO cum 7. ossibus. 1. Cum osse *frontis*.

2. Cum ossibus *nasi*. 3. Cum ossibus *maxillari-
bus superioribus*. 4. Cum ossibus *lachrymalibus*.

5. Cum ossibus *palatinis*. 6. Cum osse *sphenoideo*. 7. Cum osse *vomere*.

DE OSSIBUS FACIEI GENERATIM.

Facies in maxillam *superiorem & inferiorem* dividitur.

MAXILLA SUPERIOR 13. constat ossibus, quæ partim cum cranio; partim inter se ipsa, per varias harmonias, connectuntur.

HARMONIÆ faciei maxime visibiles sunt,

1. *Harmonia transversalis*, quæ sub fronte in externo unius orbitæ angulo incipit & transversim per orbitam, radicem nasi, ad alterius orbitæ angulum externum pergit.
2. *Harmonia nasalis*, quæ ossa nasi &
3. *Harmonia zygomatica*, quæ processus zygomaticos jungit.
4. *Harmonia palatina*, quæ in palato conspicua; ossa maxillaria superiora & ossa palatina unit.

OSSA MAXILLARIA SUPERIORA.

SITUS in parte anteriori & media faciei.

FIGURA est irregularis.

DIVISIO in *corpus*, quod pars media est, & multos *processus*.

PROMINENTIÆ EXTERNÆ & INTERNÆ sunt,

1. *Apophysis nasalis*, quæ partem lateralem nasi efficit.
2. *Apophysis orbitalis*, quæ inferiorem orbitæ partem constituit.
3. *Apophysis jugalis*, quæ asperitas est, cum osse jugali connexa.
4. *Apophysis palatina*, quæ anteriorem palati partem constituit.
5. *Arcus alveolaris*, qui in utroque osse ex 8. alveolis constat.
6. *Tuberositas maxillaris*, quæ superficiem posticam facit.
7. *Spina nasalis*, quæ interius in nasi cavo, a connexione ossium maxillarium, formatur.
8. *Margo orbitalis*, qui inferiorem marginem orbitæ constituit.

CAVITATES INTERNÆ & EXTERNÆ.

1. *Fossa lachrymalis*, seu sulcus in superiori & interna parte processus nasalis, pro situ sacci lachrymalis.
2. *Canalis nasalis*, qui a fossa lachrymali oblique parum descendit in cavum narium.

3. *Canalis infraorbitalis*, qui apertus in inferiori orbitæ parte incipit, dein testus sub apophysi orbitali pergit & sub margine orbitali inferiori in faciem aperitur. Transmittit *nervum infraorbitalem*, qui continuatio nervi maxillaris superioris est.
4. *Foramen palatinum anticum*, quod in spina nasali est, & *arteriam palatinam anticam* transmittit.
5. *Foramen palatinum posticum*, retro ultimum dentem molarem, in tuberositate maxillari, qui *nervum alveolarem* intromittit.
6. *Foramina parva* in tuberositate, per quæ *nervi alveolares* ab infraorbitali intrant.
7. *Impressio palatina*; locus, cui pars pterygoidea ossis palatini, adhæret.
8. *Apertura sinus maxillaris*, quæ ab osse ethmoideo, lachrymali, palatino & spongioso inferiori adeo tegitur, ut vix calamus scriptorium admittat.

Sinus maxillaris pituitarius, qui in medietate ossis est, & *Antrum Highmori* vocatur. Magna est cavitas, quæ suo orificio, seu apertura in cavum narium hiat.

CONNEXIO cum II. ossibus, partim per *suturas*, partim per *harmonias*. 1. Cum suo *socio*. 2. Cum osse *frontali*. 3. Cum ossibus *nasali*. 4. Cum ossibus *lachrymalibus*. 5. Cum osse *ethmoideo*. 6. Cum ossibus *jugalibus*. 7. Cum ossibus *palatinis*. 8. Cum osse *sphenoi-*

deo. 9. Cum ossibus spongiosis inferioribus.

10. Cum ossè vomere. 11. Cum dentibus.

USUS. Format partem faciei, palati, nasi, narium, & orbitæ. Est simul organum masticationis.

OSSA JUGALIA.

SITUS ad latera faciei.

FIGURA fere quadrata.

DIVISIO in superficiem externam, quæ convexa est, in superficiem posteriorem, quæ foveam zygomaticam format. in corpus & 4. apophysès.

PROMINENTIÆ sunt,

1. *Apophysis frontalis*, quæ cum ossè frontali in externo orbitæ angulo connectitur.
2. ——— *orbitalis*, quæ partem orbitæ constituit.
3. ——— *maxillaris*, quæ ossi maxillari contigua est.
4. ——— *zygomatica*, quæ cum processu zygomatico ossis temporalis connexa, *zygoma* constituit.

CAVITATES sunt;

1. *Fovea zygomatica*, quæ retro os jugale est.
2. *Foramina* in externa & orbitali superficie, per quæ *nervi subcutanei* malæ exeunt.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum ossè frontis.

2. Cum ossè maxillari. 3. Cum ossè sphenoidæo.

4. Cum ossè temporali.

USUS est pro formatione faciei & orbitæ.

OSSA NASI.

SITUS in parte superiori & media nasi.

FIGURA, quæ oblongum quadratum est.

DIVISIO in *superficiem externam*, & *internam*. Et in 4. *marginēs*.

Margo superior crassus est & ossi frontali contiguus.

—— *inferior* tenuis & serratus est, atque cum cartilagine conjunctus.

—— *internus* cum suo socio connexus est, & inferius apophysi perpendiculari ossis ethmoidei incumbit.

—— *externus* apophysi nasali ossis maxillaris occurrit.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum suo socio 2.

Cum ossē *frontali*. 3. Cum ossē *maxillari*. 4.

Cum ossē *ethmoideo*.

USUS. Constituit nasum & tegit organum odoratus.

OSSA LACHRYMALIA.

SITUS in angulo interno orbitæ.

FIGURA quadrata cum ungue fere conveniens.

DIVISIO in *superficiem externam*, quæ concava est & orbitam respicit,

in *superficiem internam*, quæ convexa, labyrinthum ossis ethmoidei tegit.

in 4. *marginēs*.

Margo superior, cum ossē frontali,

—— *inferior*, cum ossē maxillari cohæret.

Margo internus cum apophysi papyræa
 ossis ethmoidei, &

— *externus* cum apophysi nasali ossis
 maxillaris conjungitur.

CAVITATES.

1. *Sulcus medius* in margine externo, quî cum
 fulco medio apophysis nasalis ossis maxilla-
 ris *fossam lachrymalem* constituit.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum osse *frontali*.

2. Cum osse *maxillari*. 3. Cum osse *ethmoideo*.

4. Cum osse *spongioso inferiori*.

USUS. Constituit Partem orbitæ, fossæ lachymalis,
 & labyrinthum narium obtegit.

OSSA SPONGIOSA INFERIORA.

SITUS in parte laterali & inferiori narium.

FIGURA, quæ cochliidi, seu turbini similis fere est.

DIVISIO in *superficiem externam*, quæ concava fi-
 num maxillarem respicit.

in *superficiem internam*, quæ convexa
 septo nasi obversa est.

in duos *marginés*.

MARGO *superior* tenuis est, ac eminentiæ transver-
 sali ossis maxillaris adhæret.

— *inferior* crassus est, ac libere in cavitate nasi
 pendet.

in duas *extremitates*.

EXTREMITAS *anterior* crassior,

— *posterior* acutior est.

CAVITATES.

Cavitas cochlidea, in superficie externa, seu concava ossis.

CONNEXIO cum 3. ossibus per *harmonias*. 1. Cum osse *maxillari*. 2. Cum osse *palatino*. 3. Cum osse *lachrymali*.

USUS. Superficiem organi odoratus augmentat.
Aperturam antri hygmoriani angustare juvat.

OSSA PALATINA.

SITUS in posteriori parte nasi, ex qua lateraliter in orbitam usque ascendit.

FIGURA est irregularis.

DIVISIO in tres partes.

1. in partem *palatinam*.
2. — — — *nasalem*.
3. — — — *orbitalem*.

PROMINENTIÆ.

1. *Apophysis pterygoidea*, quæ acuta est, ac ope incisuræ cum extremitate apophysos pterygoideæ ossis sphenoidalis, & tuberositate ossis maxillaris conjungitur.
2. *Apophysis orbitalis*, est pars superior, quæ in fundum orbitæ prominet.
3. *Linea eminens*, in superficie partis nasalis, cui extremitas posterior ossis spongiosi inferioris incumbit.

CONNEXIO cum 6. ossibus. 1. Cum suo *socio*. 2. Cum osse *maxillari*. 3. Cum osse *sphenoidali*.

4. Cum ossè *ethmoideo*. 5. Cum ossè *spongioso inferiori*. 6. Cum ossè *vomere*.

U S U S. Format palatum, cavitatem nasi, orbitæ partem.

V O M E R.

S I T U S in medietate cavi narium, quod in duas partes dividit.

F I G U R A, quæ speciem vomeris refert.

D I V I S I O in duas *superficies* & 4. *marginēs*.

Superficies dextra & *sinistra*, cavitates narium respiciunt.

Margo anterior, quasi in duas lamellas divisus, cui cartilago septi narium ossis ethmoidei & septum cartilagineum nasi adnectitur.

Margo posterior est acutus, liber fauces respicit.

Margo superior, qui suo fulco spinam sphenoidalem recipit.

Margo inferior, qui in fulco ossium palati & maxillarium recipitur.

C O N N E X I O cum 4. ossibus & una cartilagine.

1. Cum ossè *sphenoidali*. 2. Cum ossè *ethmoideo*. 3. Cum ossè *maxillari superiori*. 4. Cum ossè *palatino*. 5. Cum *cartilagine septi narium*.

U S U S. Sustinet & dividit cavum narium.

M A X I L L A I N F E R I O R.

S I T U S in inferiori & anteriori parte faciei.

F I G U R A soleæ equinæ similis dicitur.

D I V I S I O in *superficiem internam* & *externam*.

in *marginem superiorem* & *inferiorem*.

D
D I V I S I O in
m
P O M I N E
1. Apoph
cum
& for
2. Apoph
acum
ralis
3. Symph
dierat
voca
4. Marg
vol
5. Marg
ternu
6. Angul
ginis
7. Spina
nee
& in
C A V I T A T E
1. Excil
con
2. For
P
3. Fo
t
4. Car
de

DIVISIO in corpus, seu partem mediam & extremitates.

PROMINENTIÆ.

1. *Apophysis condyloidea*, quæ latum caput cum angusto collo refert, oblique fita est, & fovea articulari ossis temporum excipitur.
2. *Apophysis coronoidea*, quæ anterior est, & acuminata, atque tendini musculi temporalis pro adhæsiōne inservit.
3. *Symphysis maxillæ*, est linea eminent in medietate corporis, quæ pars etiam *mentum* vocatur.
4. *Margo alveolaris*, qui superior est & 16. alveolos habet.
5. *Margo inferior*, qui *labium externum* & *internum* format.
6. *Anguli maxillæ*, qui in extremitatibus marginis inferioris sunt.
7. *Spina mentalis externa* & *interna*, quæ lineæ eminentes sunt in medio menti externo, & interno conspicuæ.

CAVITATES.

1. *Excisura semilunaris*, quæ inter apophysim condyloideam & coronoideam est.
2. *Foramen maxillare posterius*, in interna superficie menti.
3. *Foramen maxillare anterius*, in externa menti superficie.
4. *Canalis mentalis*, qui in ossis substantia sub dentibus a foramine maxillari posteriori ad an-

terius pergit & *neryum maxillarem inferiorem* cum *arteria* & *vena* transmittit.

5. *Alveoli dentium* 16. in superiori margine maxillæ.

CONNEXIO cum fovea articulari ossis *temporis* per arthrodiam, & cum ossè *hyoideo* per *syllarcofim*.
 U S U S. Est masticationis & loquelæ organum.

DE CAVITATIBUS FACIEI IN SPECIE.

Præter cavitatem cranii quinque aliæ cavitates in capite ab ossibus cranii & faciei formantur.

1. *Orbitæ.*
2. *Cavitas narium.*
3. *Cavitas oris.*
4. *Cavitas faucium.*
5. *Cavitas auditus.*

O R B I T Æ.

SITUS sub fronte ad latera radice nisi.

FIGURA est conoidea.

DIVISIO in *introitum* & *fundum*.

Introitus dividitur.

in *marginem superiorem* & *inferiorem*.

in *angulum externum*, qui latior,

in *internum*, qui minor est.

Anguli orbitæ etiam *canthi* vocantur.

CAVITATES in orbita sunt,

1. *Fovea glandulæ lachrymalis*, sub osse frontis, in externo angulo orbitæ.
2. *Fovea trochleæ orbitalis*, in ossis frontis interno angulo.

3. *Fossa*

3. *Fossa lachrymalis* in interno angulo ab ossè lachrymali, & processu nasali ossis maxillaris constituitur, & est pro situ *sacci lachrymalis*.
4. *Canalis nasalis lachrymarum*, est continuatio fossæ lachrymalis, pergit oblique in nares & ibi sub ossè spongioso inferiori aperitur.
5. *Rima orbitalis superior*, in fundo orbitæ in ossè sphenoidali est. Admittit in orbitam *tertium, quartum, quinti paris primum ramum*, & *sextum par nervorum, & arteriam orbitalem internam*.
6. *Rima orbitalis inferior*, seu *sphenomaxillaris*, quæ non tantum ab ossè sphenoidico, & maxillari, sed etiam palatino & jugali formatur, in externa, & inferiore orbitæ parte reperiunda est, atque *nervos, & vasa* transmittit.
7. *Foramen superciliare*, quod sæpe duplex, sæpe incisura est in medietate arcus, seu marginis superioris orbitæ, atque *nervum frontalem* transmittit.
8. *Canalis infraorbitalis*, in inferiore parte orbitæ semiapertus incipit, sub orbita pergit extrorsum, & sub inferiore orbitæ margine in ossè maxillari aperitur. Continet *nervum infraorbitalem*.
9. *Foramen nasale orbitæ*, in parte interna orbitæ inter os planum, & frontis, per quod

nasalis ramus nervi ophthalmici in nares abit.

10. *Foramen opticum* in fundo orbitæ, ossi sphenoidali insculptum, quod *nervum opticum* in orbitam admitrit.

COMPOSITIO orbitæ ex 7. ossibus, quæ ope suturarum & harmoniarum connectuntur.

Superius ex osse *frontis*.

Inferius ex osse *maxillari*, & *jugali*.

Interius ex osse *lachrymali*, *ethmoideo*, & *palatino*.

Exterius, & in fundo ex osse *sphenoideo*.

USUS continet, & defendit oculum, ejusque partes adjacentes.

CAVITAS NARIUM.

SITUS. Sub antica cranii parte in medietate faciei.

DIVISIO mediante septo osseo in *dexteram*, & *sinistram* cavitatem.

FIGURA pyramidalis est, sinibus pituitariis amplificata.

PROMINENTIÆ sunt,

1. *Septum narium*, quod a vomere, & lamina perpendiculari ossis ethmoidei constituitur.
2. *Ossium spongiosorum* tria paria.
suprema &
media, quæ ambo sunt partes labyrinthi ethmoidalis.
inferiora, quæ separata sunt.

CAVITATES
 1. Sinus
 —
 Sinus
 m
 b
 2. Caver
 3. For
 4. Fo
 5. Du
 6. For
 7. For
 Compos
 bu
 1. Ex
 2. Ex
 3. —
 4. —
 5. —
 6. —
 7. —
 8. —
 9. —

CAVITATES sunt,

1. *Sinuum pituitariorum* tria paria.
Sinus frontales in osse frontali.
 — *sphenoidales* in osse sphenoidali.
Sinus maxillares, qui etiam *Antra Highmori* vocantur, & in ossibus maxillaribus deprehenduntur.
2. *Cavernulæ labyrinthi ethmoidealis*, quæ ab osse ethmoideo formantur.
3. *Foramina narium antica*, quæ ab osse maxillari, & vomere
4. *Foramina narium postica*, quæ ab ossibus palatinis, & vomere formantur.
5. *Ductus nasalis sacci lachrymalis*.
6. *Foramina sphenopalatina* inter os sphenoidem, & palatinum.
7. *Foramen palatinum anticum* intra commissuram ossium maxillarium.

COMPOSITIO nasi ex 14. ossibus, quæ mediantibus futuris, & harmoniis cohærent.

1. Ex osse *frontis*.
2. Ex ossibus *maxillaribus*.
3. — — — *nasi*.
4. — — — *lachrymalibus*.
5. — — — *spongiosis inferioribus*.
6. — osse *sphenoido*.
7. — — — *vomere*.
8. — — — *ethmoideo*.
9. — ossibus *palatinis*.

Usus est, ut *formetur* organum odoratus, atque finis *pituitarii narium*. *Inservit* etiam loquelæ, & respirationi.

CAVUM ORIS.

SITUS. Intra superiorem, & inferiorem maxillam.

FIGURA antèrius ovata, posterius transversim abscissa.

DIVISIO in *maxillam superiorem, & inferiorem*.

COMPOSITIO cavi oris ex 5. ossibus & 32. dentibus.

1. Ex ossibus *maxillaribus superioribus*.

2. — — *palatinis*.

3. — *maxilla inferiori*.

Usus hujus cavi est pro masticatione, loquela, respiratione.

DENTES.

SITUS. Sunt ossicula parva alveolis maxillarum infixæ.

NUMERUS. Ordinarie 32. sunt; in qualibet maxilla 16.

DIVISIO in tres species.

in 4. medios, qui *incisivi* dicuntur.

— 2. *caninos*, quorum singulus, ad latus incisivorum est.

— 10. *molares*, quorum in singulo latere 5. sunt.

DIVISIO cujuslibet dentis est,

in *coronam*, quæ pars suprema dentis extra gingivas prominens est.

collum, circulus inter coronam, & radicem.

radicem, pars inferior dentis alveolo abscondita.

DIFFERENTIA CORONARUM.

Coronæ dentium incisorum, sunt latæ, tenues
& habent marginem superiorem acutum.

———— *dentium caninorum* sunt crassæ, & apicem habent obtusum, fere triquetrum.

———— *dentium molarium* sunt adhuc crassiores, & margo superior est pluribus eminentiis scaber.

DIFFERENTIA RADICUM.

Radices dentium incisorum sunt simplices, tenues.

———— *caninorum* sunt etiam simplices sed longiores, & crassiores quam in incisoribus.

———— *molarium* sunt in primo simplices in cæteris autem duplices, triplices, quadruplices, quæ subinde concretæ sunt.

CAVITAS dentis. In radice qualibet *foramen* est, quod in parvam *cavitatem*, quæ in dentis substantia interna est, ducit. Per hoc foramen intrat *nervus*, *arteria*, *vena alveolaris*, & *periosteum internum* dentis.

SUBSTANTIA dentis in *radice*, & interius in corpore compacta est. *Coronæ* superficies externa peculiari substantia durissima, & albissima, quæ *vitrea* vocatur, & loco *periæstæi* externi est, obducitur.

CONNEXIO. Radices dentium alveolis per *gomphosim*, seu *inclavationem* infiguntur, atque simul

elastica gingiva, circa collum coronæ circumdata, in situ firmantur.

U S U S est ad *masticationem*, & ad *pronunciationem* syllabarum dentalium.

G E N E S I S dentium. Fœtus duplicem seriem dentium in qualibet maxilla gingivis occultam habet.

T E M P U S PRIMÆ DENTITIONIS est sexto, & septimo post partum Mense, dum prima dentium series gingivas perforare, & emergere incipit. Primum dentes *incisorii*, dein *canini*, ac sensim tandem *molares*. Prima hæc dentium series nomine *dentium primariorum*, seu *lactariorum* insignitur.

T E M P U S SECUNDÆ DENTITIONIS. Circa septimum ætatis annum lactarii dentes sensim excidunt, & sensim novi ex iisdem alveolis subnascuntur, hi vocantur *dentes secundarii*, seu *perennes*, quia per vitam durant. Ultimi dentes molares admodum sero in adulta jam ætate prodeunt, ideo *dentes sapientiæ* etiam dicuntur.

C A V I T A S F A U C I U M .

S I T U S. Sub basi cranii intra corpora superiora vertebrarum colli, & posticam narium partem.

F I G U R A est superius quasi quadrata.

D I V I S I O in 6. partes.

in *supremam*, quæ a processu basilari ossis occipitis,

in antica
ollis
mere
in poplitea
collis

in infima
in duas

pat
COMPOSIT
Usus est
o

Situs. In

FIGURA

DIVISIO

Corp

Mar

PROMINE

1. Du

ri

se

th

2. Du

CONNEX

vel p

ryng

in *anticam*, quæ ab *apophysibus pterygoideis* ossis sphenoidalis, ossibus *palatinis* & *vomere* formatur.

in *posticam*, quæ a tribus supremis vertebrarum colli corporibus,

in *infimam*, quæ ab osse hyoideo constituitur.

in duas *partes laterales*, quæ ab ossis temporis partibus petrosi formantur.

COMPOSITIO ergo est ex hisce 10. ossibus.

USUS est pro situ faucium, laryngis, pharyngis, ossis hyoidis.

OS HYOIDEUM.

SITUS. In faucibus intra linguæ basim, & laryngem.

FIGURA est semilunaris.

DIVISIO in *corpus*, & *cornua*.

Corpus est pars media lata, quæ *externam*, & *internam superficiem*

Marginem superiorem, & *inferiorem* habet.

PROMINENTIÆ sunt.

1. Duo *cornua majora*, quæ a lateribus corporis exeunt, & cum cornubus cartilaginosis scutiformis laryngis, ope ligamentorum coherant.
2. Duo *cornua minora*, quæ etiam *ossicula triticea* vocantur, & ad ortum cornuum majorum a corpore ossis locantur.

CONNEXIO cum 6. partibus, vel per musculos, vel per ligamenta. 1. Cum *lingua*. 2. Cum *laryngis* processibus. 3. Cum *processibus styloideis*

offis temporis. 4. Cum *maxilla inferiori*. 5. Cum *scapula*. 6. Cum *sterno*.

USUS. *Inservit* linguæ pro fundamento adhæſionis, pro deglutitione, pro adhæſione multorum musculorum.

C A V I T A S A U D I T U S.

SITUS est interne in parte petrosa offis temporis.

DIVISIO in *meatum auditorium externum*,

— *cavitatem tympani*,

— *labyrinthum*,

— *meatum auditorium internum*.

MEATUS AADITORIUS EXTERNUS est curvus canalis osseus, qui a concha externa auriculæ ad membranam tympani pergit, & peculiari fulco, cui tympani membrana adhæret, finitur.

CAVITAS TYMPANI, est cavitatis irregularis, quæ retro tympanum incipit, & ad cochleam labyrinthi terminatur.

In cavitatis tympani notari debent 4. foramina.

1. *Orificium tubæ Eustachianæ*, quod in antica vestibuli parte deprehenditur.
2. *Sinuofitas mastoidea*, in quam cellulæ apophysidis mastoideæ hiant, magis retrorsum invenitur.
3. *Fenestra ovalis*, est foramen semiovale, quod in postica cavitatis tympani parte superius, &

4. *Fenestra rotunda*, est foramen rotundum, quod etiam in postica cavitate tympani parte, sed fenestra ovali inferius posita est.

LABYRINTHUS. Est pars auris internæ, quæ retro tympani cavitatem locatur.

Constat ex tribus partibus

anterius ex *cochlea*,

in medio ex *vestibulo* &

posterius ex *canalibus semicircularibus*.

COCHLEA est pars cava cochleæ similis, quæ ex duobus & medio gyro formatur. In ea notantur:

1. *Basis* & *apex* cochleæ.
2. *Modiolus*, qui medius nucleus cochleæ est, & a basi ad apicem cochleæ surgit.
3. *Scala vestibuli*, est cavitas cochleæ anterior, quæ a vestibulo incipit, & per cochleam pergit.
4. *Scala tympani*, est cavitas cochleæ posterior, hæc a fenestra rotunda originem ducit. Finis harum scalarum est in apice modioli.
5. *Lamina spiralis*, est tenuis lamina ossea, quæ cochleam in duas cavitates dividit.

VESTIBULUM est cavitas rotunda, inter cochleam & canales semicirculares media. In eo sunt

Foramen ovale, quo vestibulum cum cavitate tympani communicat.

6. *Orificia canalium semicircularium*. Quælibet extremitas canalium semicircularium orificium habet, extremitas autem inferior ca-

nalis superioris conjungitur cum extremitate superiore canalis inferioris in commune orificium.

CANALES SEMICIRCULARES sunt tres arcus cavi, semicirculares, in medio angustiores, ad orificia vero latiores, qui in parte postica labyrinthi locantur & 5. orificiis in vestibulum aperiuntur. Nempe

Canalis superior

———— inferior

———— medius, qui situ est anterior.

MEATUS AUDITORIUS INTERNUS, est canalis osseus, qui in superficie interna, & postica portionis petrosæ ossis temporum incipit, & in suo cavo sine duo foramina exhibet.

Foramen superius, est initium *aquæductus Fallopii*, qui transversus retro tympani cavum flexus, suo sine in foramine stylomastoideo finitur; huncce canalem *portio dura* nervi auditorii transit.

Foramen inferius, quod in finu meatus auditorii est, congeriem multorum foraminum exhibet, quæ versus vestibulum, & cochleam ducunt, atque *portionem mollem* nervi auditorii transmittunt.

USUS. Cavitas auditus est organum, in quo auditus fit.

OSSICULA AUDITUS.

SITUS. In cavitate tympani.

NUMERO
Ma
I
Stap
Os
MALLEUS, i
apophysi
ISCUS, in
brevius
STAPES, i
OS ORBIC
potis,
CONNEX
brium
cum ca
longo
culari ju
basi jung
SUBSTANT
Usus est ad
TRUNCUS
SITUS. Et
parte a
usque

NUMERO sunt 4. nempe

Malleus

Incus

Stapes &

Os orbiculare.

MALLEUS, in eo notatur *caput, collum, manubrium, apophysis colli, & apophysis tenuissima.*

INCUS, in quo *corpus & 2. crura, longius, & brevius* conspiciuntur.

STAPES, in quo *caput, 2. crura* stapedis & *basis* est.

OS ORBICULARE, quod minimum est os totius corporis, & duas superficies convexas habet.

CONNEXIO, & situs horum ossiculorum. 1. *Manubrium mallei* tympano accrescit. *Caput mallei* cum capite *incudis* conjungitur. 2. *Incudis* cruri longo *os orbiculare* adnectitur, & 3. *Ossi orbiculari* jungitur *caput stapedis*. 4. *Stapes* sua *lata basi* jungitur *fenestræ ovali*.

SUBSTANTIA horum ossiculorum compacta est.

USUS est ad auditum.

DE TRUNCO.

TRUNCUS sceleti dividitur in *spinam thoracem & pelvem.*

SPINA DORSI.

SITUS. Est *columna ossea, quæ in postica trunci parte a foramine occipitali magno ad os sacrum usque* extenditur.

FIGURA est litteræ S fere similis, in collo introrsum, in thorace extrorsum, in lumbis introrsum aliquantum flectitur.

COMPOSITIO. Ex 24. vertebris.

DIVISIO VERTEBRARUM est in 7. *vertebras colli.*
 12. *vertebras dorſi.*
 3. *vertebras lumborum.*

DIVISIO SINGULÆ VERTEBRÆ est in *corpus,*
 & 7. *apophyses.*

Corpus est pars crassa, quæ anticam partem vertebræ constituit.

APOPHYSES 7. sunt,

1. *Apophysis spinosa*, quæ in parte postica eminet.
2. *Duæ apophyses articulares*, seu *obliquæ superiores.*
3. *Duæ apophyses articulares*, seu *obliquæ inferiores.*
4. *Duæ apophyses transversæ*, quæ ad latera sunt, & , ut *apophysis spinosa*, musculorum insertioni inserviunt.

CAVITATES sunt,

1. *Specus vertebralis*, quæ *medullam spinalem* continet, & ab *occipite* ad *posticam superficiem ossis sacri* usque extenditur.
2. *Foramina lateralia vertebrarum*, quorum 24. sunt, in quolibet corpore vertebrali medium. Hæc *nervos spinales* emittunt.

CONNEXIO
vicem p
quæ,
phyſibus
diam, co
SUBSTANTIA
ſibus cor
Uſus Spina
pitis, t
nalem.

VE

Hæc vocat

1. Ne

2. Eor

ren

3. Arc

od

4. Loc

duc

lar

ex

5. Sup

ver

in

hæ

VER

Hæc etiam

il

CONNEXIO vertebrarum est duplex. 1. *Corpora invicem per Synchronosim.* 2. *Apophyses obliquæ*, seu *articulares* unius vertebræ cum apophyibus obliquis suæ vertebræ sociæ per arthrodiam, connectuntur.

SUBSTANTIA est in corpore spongiosa, in apophyibus compacta.

USUS spinæ dorsi est, ut sit fulcrum trunci & capitis, ut contineat, & defendat medullam spinalem.

VERTEBRA PRIMA COLLI.

Hæc vocatur etiam *Atlas*, & hoc peculiare habet.

1. Nec corpus, nec apophysim spinosam habet.
2. Eorum loco *arcum* anteriorem, & posteriorem format.
3. *Arcus anterior* processum dentiformem, seu *odontoideum* vertebræ secundæ circumdat.
4. Loco apophysium obliquarum superiorum duos *sinus* superficiales habet, quæ *articulares* vocantur, & condylos ossis occipitis excipiunt.
5. Superius cum capite, inferius cum secunda vertebra colli ope apophysium obliquarum inferiorum, & processus odontoidei cohæret.

VERTEBRA SECUNDA COLLI.

Hæc etiam *axis*, seu *Epistropheus* dicitur. Peculiare illi est.

1. *Apophysis odontoidea*, seu *dentiformis* in parte superiore corporis, quæ intra arcum anteriorem atlantis ope ligamenti transversalis in situ retinetur, & alio ligamento ad foramen occipitale magnum firmatur.

VERTEBRÆ COLLI.

Hoc peculiare habent,

1. Quod *apophyses spinosæ* bifidæ sint in apicibus, & a vertebra deorsum flectantur.
2. Quod *apophyses transversæ* omnes peculiare habeant *foramen* pro ascendentibus arteriis vertebralibus.

VERTEBRÆ DORSI.

Hoc peculiare in illis est.

1. Ad latera corporum *media fovea*, quæ corporibus duobus junctis *integram* constituunt pro articulatione capitulorum majorum costarum.
2. *Superficialis fovea* in apicibus apophysium transversarum pro capitulo minori costarum.
3. *Apophyses spinosæ* sunt multum deorsum flexæ.

VERTEBRÆ LUMBORUM.

Peculiare habent,

1. Quod eorum *corpora*, & *apophyses* maximum volumen habeant.
2. *Apophyses spinosæ* recta postrosum eminent.

3. *Ultim*
corp
ti
4. *Marin*
mam
DE C
Situs est in
FIGURA est
angusta
terius p
COMPOST
12. V
24. Co
1. Ste
Uvus. Contin
resp
Situs est ob
FIGURA est
NUMERU
DIVISIO c
nu
in s. f
ti
DIVISIO f
unam a

3. *Ultima vertebra* lumborum cum ossis sacri corpore, & apophyibus obliquis ascendentibus cohaeret.
4. Maxima spinæ dorsi *mobilitas* est inter ultimam vertebra[m] dorsi, & primam lumborum.

DE CAVITATE THORACIS.

SITUS est intra collum, abdomen.

FIGURA est fere cavæ aviculari similis, superius angusta inferius latior. Ad latera *convexam*, anterius *planam*, posterius juxta longitudinem *cavam* habet *superficiem*.

COMPOSITIO ex 37. ossibus.

12. *Vertebri* dorsi.

24. *Costis*.

1. *Sterno*.

USUS. Continet, & defendit viscera vitalia. Inservit respirationi.

C O S T Æ.

SITUS est obliquus a vertebri[s] dorsi ad sternum.

FIGURA est semicircularis.

NUMERUS. Sunt 24. in quolibet latere 12.

DIVISIO GENERALIS in 7. *veras*, quæ ad sternum nectuntur.

in 5. *spurias*, quæ ad sternum usque non pertingunt.

DIVISIO singulæ costæ in *corpus*, & *extremitates*, unam *anterior*em alteram *posterior*em.

in *superficiem externam, & internam.*
 in *marginem superiorem, & inferiorem.*

EMINENTIÆ.

1. *Capitulum majus*, quod foveis articularibus vertebrarum dorſi neſtitur.
2. *Collum*, quod intra duo capitula hæret.
3. *Capitulum minus*, quod apicibus apophyſium tranſverſalium vertebrarum dorſi ad hæret.
4. *Angulus costæ*, qui pars poſterior maxime convexa costæ eſt.

CAVITATES ſunt in qualibet costâ.

1. *Sulcus longitudinalis* in margine inferiore cujuſlibet costæ, qui *arteriam intercostalem* recipit.

SUBSTANTIA. Pars anterior *cartilaginea*, reliqua tota *offea, & compacta* eſt.

CONNEXIO. *Extremitas anterior* costarum verarum per *ſynchondroſim* cum ſterno neſtitur. *Extremitas anterior* ſuperiorum trium costarum ſpuriarum ope *cartilaginum* ſibi invicem & ultimæ costæ veræ adhærent.

Extremitates anteriores duarum inferiorum costarum, quæ breves ſunt, libere fluſtuant.

Extremitates poſteriores omnium 24. costarum ope capituli majoris, & minoris vertebris dorſi per *ginglymum* alligantur.

USUS costarum eſt, formare thoracem, inſervire reſpirationi, defendere viſcera vitalia, mammis adhaſionem dare.

STERNUM.

SITUS. I.
 FIGURA p.
 DIVISIO in
 in
 in
 in
 PROMINE
 I. Cor
 i
 CAVITAT
 I. S.
 2. Du
 ma
 3. 7 F
 CONNEXIO
 1. Cum
 2. Cum
 ſy
 SUBSTANTIA
 Usus eſt fr
 ſio
 DE C
 SITUS. In
 FIGURA
 DIVISIO
 Cavita

S T E R N U M.

SITUS. In antica thoracis parte inter costas veras.

FIGURA pugioni aliquantum similis.

DIVISIO in *superficiem internam, & externam.*

in *extremitatem superiorem, & inferiorem.*

in *margines duos laterales.*

in *portionem superiorem, inferiorem, & apendicem.*

PROMINENTIA est una.

1. *Cartylago xyphoidea, seu ensiformis* in parte infima sterni.

CAVITATES in parte superiori,

1. *Sinus jugularis* in partis supremæ medio, cui *trachea* contigua est.

2. Duo *sinus claviculares* ad latera partis supremæ, quibus *claviculae* nectuntur.

3. 7 *Foveae costales* in margine laterali pro costis

CONNEXIO. sterni.

1. Cum *claviculis* per *arthrodiam*.

2. Cum *cartilaginibus* 7. *costarum verarum* per *synchondrosim*.

SUBSTANTIA est admodum spongiosa.

USUS est formare thoracem, mediastino dare adhaesionem.

DE CAVITATE PELVIS.

SITUS. In infima trunci regione.

FIGURA aliquantum pelvi tonsoriae similis.

DIVISIO in *alas, & cavitatem.*

Cavitas in introitum, & exitum.

COMPOSITIO ex 4. ossibus.

ex duobus ossibus *innominatis*.

ex osse *sacro* &

ex osse *coccygis*.

CONNEXIO ossium pelvis est per *synchondrosim*.

1. *Os sacrum*, quod ad *latera* cum ossibus *innominatis*,

superius cum ultima vertebra *lumbali*,

inferius cum osse *coccygis* cohæret.

2. *Ossa pubis* *anterior* sibi *invicem* per *synchondrosim* *ligamentosam* *concresecunt*.

USUS pelvis est *continere*, & *defendere* organa *generationis*, *vesicam*, *intestinum rectum*. Atque *fulcire spinam dorsi*.

OSSA INNOMINATA.

SITUS. Est ad *latera pelvis*.

FIGURA est *irregularis*.

DIVISIO in *factu* in *tres portiones*

in *os ilei*, quod *partem superiorem* *constituit*.

— *os ischii*, quod *inferius*.

— *os pubis*, quod *interius* *locatur*.

DIVISIO *totius ossis* in *superficiem externam*, & *internam*.

EMINENTIÆ sunt,

1. *Tuberositas ilei*, quæ in *parte postica* *ossis ilei* est, quo *loco* cum osse *sacro* cohæret.

2. *Crista ilei*, quæ *marginem supremum*, & *crassum* *ossis ilei* *format*, &

3. *Spina ilei posterior*, quæ initium cristæ ilei in parte postica est.
4. *Spina ilei anterior*, & *superior*, est finis cristæ in parte antica.
5. *Spina ilei anterior*, & *inferior*, est statim sub priori spina.
6. *Spina ischii*, est in inferiore margine ossis innominati.
7. *Crista ossium pubis*, quæ marginem superiorem ossium pubis constituit.
8. *Arcus ossium pubis* sunt in antica ossis innominati parte.
9. *Tuberositas ischii*, est in inferiore margine ossis, cui loco infidemus.
10. *Linea mediana*, ossis ilei, quæ marginem lateralem cavitatis pelvis efficit.

CAVITATES.

1. *Cavitas iliaca externa*, quæ in externa ossis ilei superficie.
2. *Cavitas iliaca interna*, quæ in interna hujus ossis superficie est.
3. *Excisura* inter spinas ilei anteriores.
4. *Excisura ischiadica anterior*, quæ ante
5. *Excisura ischiadica posterior*, quæ retro spinam ischii est.
6. *Acetabulum*, quod ab omnibus 3. portionibus ossis innominati formatur, & caput ossis femoris excipit.

7. *Fovea acetabuli*, quæ in fundo acetabuli est *glandulam synovialem*, atque *ligamentum teres femoris* continet.

8. *Foramen ovale*, quod ab arcu ossis pubis, & ischii formatur.

CONNEXIO ossium *pubis* inter se per *simphysem cartilagineam*. Ossium *ilei* cum osse *sacro* per *synchondrosim*. *Trium portionum* in acetabulo per *osculosim*. Cum capite ossis *femoris* per *enarthrosim*.

USUS est constituere pelvim, uterum gravidum retinere in situ, pro femoribus acetabula parare.

OS SACRUM.

SITUS. Est in parte postica.

FIGURA est triangularis, antrorsum flexa.

DIVISIO in *superficiem anticam*; & *posticam*.

— *basim*, seu partem supremam.

— *latera* &

— *apicem*.

PROMINENTIÆ.

1. *Duæ apophyses obliquæ superiores*, in basi ossis prominent.

2. *Tubercula apophysium spinosarum*.

3. ————— *obliquarum*

4. ————— *transversalium*

} quæ
omnia
super-
ficie
postica
sunt.

5. *Vestigia corporum vertebraliū in superficie interna conspicua sunt.*

CAVITATES.

1. 5 *Paria foraminum externorum*, quæ in externa superficie inveniuntur.
2. 5 *Paria foraminum internorum*, quæ nervos sacros emittunt. Sunt in interna superficie ossis.
3. *Canalis longitudinalis medius*, qui nervos sacros continet, in postica superficie est conspicuus.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum ultima vertebra lumbali. 2. Cum osse coccygis. 3. Cum ossibus innominatis.

SUBSTANTIA est tota spongiosa, ex vertebra 5. quas spurias vocant, coalitis.

USUS est constituere pelvim, suslinere spinam dorsi.

OS COCCYGIS.

SITUS. Est in apice ossis sacri.

FIGURA est triangularis.

DIVISIO in *basim*, *latera*, & *apicem*.
in *superficiem externam*, & *internam*.

COMPOSITIO ex 3. parvis vertebra 5. spurii cartilagine coalitis.

CONNEXIO cum apice ossis sacri per *synchondrosim*, cum osse *ischii* per *synevrosam*, seu ligamento *ischio-coccygea*.

Usus est constituere pelvim, sustinere intestinum re-
ctum, præcavere in partu rupturam perinæi.

EXTREMITATES SUPERIORES.

SITUS. A parte laterali, & suprema thoracis usque
ad femora pendent.

DIVISIO in *summum humerum.*
brachium.
antibrachium.
manum.

COMPOSITIO. Qualibet ex 32 ossibus constat.

USUS. Pro labore, & defensione corporis organa
sunt.

CLAVICULA.

SITUS obliquus est in suprema, & laterali thoracis
parte inter sternum, & scapulam.

FIGURA Est litteræ S similis.

DIVISIO in *corpus*, & *extremities*, unam *ante-*
riorem, alteram *posteriolem.*
in superficiem superiorem, & inferiorem.

PROMINENTIÆ.

Arcus anterior, qui convexus.
Arcus posterior, qui excavatus.

CAVITATES.

Sulcus vasorum subclavium, qui in inferiore
superficie est.

CONNEXIO.
mitas post
throdian
Usus est con
race, reini
antrorsum

SITUS. Est in
FIGURA est tr
DIVISIO in d

PROMINENT

1. Labia
pube
2. Collum
exer
culi
3. Spina
can
4. Aere
5. Ape
su

CONNEXIO. Extremitas anterior cum *sterno*. Extremitas posterior cum *acromio* scapulæ per *arthrodiam*.

USUS est connectere scapulam, & humerum cum thorace, retinere scapulam, & humerum in situ, ne antrosum cadant. Defendere vasa subclavia.

SCAPULA.

SITUS. Est in parte suprema, & laterali dorsi.

FIGURA est triangularis.

DIVISIO in duas superficies, quarum una posterior seu externa, altera anterior, seu interna est.

in tres margines in *superiorem*, in *externum*, & in *internum*.

in tres angulos in *superiorem externum*

→ ————— *internum* &
— *inferiorem*.

PROMINENTIÆ.

1. *Labia* marginis externi, qui etiam *basis* scapulæ vocatur.
2. *Collum* scapulæ, quod angulum superiorem externum format, & locus sub cavitate articuli est.
3. *Spina*, est processus, qui superficiem posticam dividit.
4. *Acromium*, est pars anterior spinæ.
5. *Apophysis coracoidea*, quæ in parte antica, & superiori cavitatis articularis prominet.

CAVITATES.

1. *Cavitas articularis*, seu *glenoidea* in collo scapulæ, quæ caput humeri excipit.
2. *Fovea acromii*, quæ cum clavicula cohæret.
3. *Cavitas supraspinata*, quæ supra spinam.
4. *Cavitas infraspinata*, quæ infra spinam scapulæ in superficie postica est.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum *clavicula* per arthrodiam. 2. Cum *costis* & 3. Cum *osse hyoide* per *syssarcosim*, seu musculos. 4. Cum *humero* per arthrodiam.

USUS est dorsum tegere, & defendere, humero articulationem, firmitatem, & nexum parare.

OS HUMERI.

SITUS. Est intra scapulam, & antibrachium.

FIGURA est longa cylindrica.

DIVISIO in *corpus*, & *extremitates*. Unam *superiorem*, alteram *inferiorem*.

PROMINENTIÆ sunt,
in *extremitate superiori*.

1. *Caput*.
2. *Collum*, spatium sub capite.
3. *Tuberculum majus*, quod superius.
4. *Tuberculum minus*, quod anterius sub collo capitis est.

in extremitate inferiore.

1. *Condylus externus*
2. ——— *internus*, qui pro adhæſione muscularum extenſorum, & flexorum digitorum ſunt.
3. ——— *capitatus*, pro articulo radii.
4. *Trochlea humeri*, pro articulatione cubiti.

CAVITATES in extremitate ſuperiori ſunt,

1. *Sulcus tuberculorum* pro tendine uno muſculi bicipitis.

in extremitate inferiore.

1. *Fossa posterior*, in inferiori extremitate pro proceſſu anconeo cubiti.
2. — *anterior*, pro apophyſi coronoidea cubiti.

CONNEXIO cum 3. oſſibus. 1. Cum fovea articulari *ſcapulae* per arthrodiam. 2. Cum *cubito* per ginglymum. 3. Cum *radio* per ginglymum, & Trochoidem.

SUBSTANTIA eſt triplex, in corpore compaſta, in extremitatibus ſpongioſa, interne reticularis.

USUS eſt, ut conſtituat brachium.

ANTIBRACHIUM.

Conſtat duobus oſſibus. *Cubito* & *radio*

CUBITUS.

SITUS. In interno antibrachii latere versus digitum minimum.

FIGURA est longa, triangularis, superius crassior, quam inferius.

DIVISIO in *corpus*, & *extremities*, quorum una *superior*, altera *inferior* est.

PROMINENTIÆ sunt 6.

in *extremitate superiore*.

1. *Olecranium*, seu *processus anconeus*, qui posterior.
2. *Apophysis coronoidea*, quæ antè est.
3. *Tuberculum* musculi brachii interni, quod sub apophysi coronoidea est.

in *extremitate inferiore*.

4. *Capitulum inferius*, quod parum excavatum.
5. *Collum Capituli*, quod sub capitulo,
6. *Apophysis styloidea*, quæ juxta capitulum est.

CAVITATES.

1. *Cavitas sigmoidea*, quæ inter processum anconeum, & coronoideum est, & trochleam humeri excipit.
2. ——— *lateralis* pro radio, quæ sub cavitate sigmoidea in interno latere extremitatis superioris est.
3. *Fovea capituli inferioris*, quæ in ipsa capituli superficie est.

CONNEXIO
meri pe
per a
inferius
Usus. Contin
servit fle
tibrachii

SITUS. Est in
licem.

FIGURA est le

DIVISIO in c
superiore
quam sup

PROMINENTIA

1. Capitulu
cum cor

2. Collum

3. Tuberc

4. ———

capitul

5. Apoph
mitate

CAVITATES

1. Cavi
latur

CONNEXIO cum 3. ossibus. 1. Cum *trochlea humeri* per *gynglimum*. 2. Cum *ossibus carpi* per *arthrodiam*. 3. Cum *radio* superius, & inferius per *Trochoidem*.

U S U S. Constituit *fulcrum primarium antibrachii*, inservit *flexioni, pronationi, & supinationi antibrachii*.

R A D I U S .

S I T U S. Est in *externo antibrachii latere* versus *pollicem*.

F I G U R A est *longa, & cylindrica*.

D I V I S I O in *corpus, & duas extremitates*. Unam *superiorem*, alteram *inferiorem*, quæ *crassior*, quam superior est.

P R O M I N E N T I Æ in *extremitate superiore*.

1. *Capitulum superius, seu excavatum*, quod cum *condylo capituli humeri* articulatur.
2. *Collum capituli*, quod sub illo est.
3. *Tuberculum laterale*, quod cubito adnectitur.
4. ——— musculi *bicipitis*, quod sub *collo capituli superioris* est.
5. *Apophysis styloidea*, quæ in *inferiori extremitate* est.

C A V I T A T E S in *inferiori extremitate*.

1. *Cavitas articularis*, quæ cum *carpo* articulatur.

2. *Sinus semilunaris*, seu *lateralis*, qui cubitum excipit.

CONNEXIO I. Cum condylo capitato *humeri* per *gynglimum*. 2. Cum *cubito* superius, & inferius per *trochoidem*. 3. Cum ossibus *carpi*, *naviculari*, *semilunari*, & *cuneiformi* per *arthrodiam*.

USUS est, ut *antibrachium* constituere juvet, ut flexioni, supinationi, & pronationi ejus inserviat.

CARPUS.

CONSTITUITUR ex 8. ossiculis, quæ sibi in duplici serie accumbunt.

SITUS eorum est intra *antibrachium*, & *metacarpum*.

FIGURA totius *carpi* est *quadrata*.

DIVISIO in *superficiem internam*, quæ *concava*, in *externam*, quæ *convexa* est, & *dorso manus* obversa.

in 4. *marginibus* in *superiorem*, quæ *antibrachio*
 — *inferiorem*, quæ *metacarpō*
 — *externum*, quæ *pollicis*
 — *internum*, quæ *digito minimo*
 respondet.

DIVISIO ossium in *duas series*, in *superiorem*, & *inferiorem*.

in *serie superiori* sunt a *pollice* ad *digitum minimum*

os *naviculare*.

— *semilunare*.

os cuneiforme.

— subrotundum.

in serie inferlori sunt a pollice ad digitum minimum

os multangulare majus.

— — — — — minus.

— capitatum.

— unciforme.

METACARPUS.

SITUS. Est inter carpum, & digitos.

FIGURA est fere quadrata.

DIVISIO in *superficiem externam*, quæ dorsum, & *internam*, quæ volam manus constituit.

in 4. *margines*, inferior, qui digitis superior, qui carpo externus, qui pollicis internus, qui digito minimo respondet.

COMPOSITO ex 5. ossibus longitudinalibus.

Unum est os *metacarpi pollicis*.

4 Sunt ossa *metacarpi digitorum*, quorum *primum* longissimum est.

CONNEXIO est triplex. 1. Cum *carpo* extremitas superior per ampharthrosim. 2. Cum *digito* extremitas inferior per arthrodiam. 3. Cum

osse multangulari majori os metacarpi pollicis per eandem cohaeret.

Usus est constituere mediam partem manus.

D I G I T I.

SITUS. In extremitatibus inferioribus metacarpi.

COMPOSITIO. *Pollex* ex duobus.

Digiti ex tribus ossiculis constant, quæ *phalanges* vocantur.

DIVISIO PHALANGUM in *supremam*, *mediam*, *extremam*.

Usus est constituere digitos, qui instrumenta tactus, defensionis, laboris sunt.

EXTREMITATES INFERIORES.

SITUS. A trunco pendent.

DIVISIO in *femur*
crus &
pedem extremum.

COMPOSITIO. Quælibet ex 30. ossibus.

Usus. Corpus sustinent, & loco movent.

F E M U R.

SITUS. Intra pelvem, & tibiam aliquantum oblique introrsum.

FIGURA. Est maximum, & longissimum totius corporis os, & est cylindricum.

DIVISIO in cor
rem, & a

PROMINENTIA

1. Caput, est

2. Collum, &

res pergit.

3. Trochanter

4. ———

rior, & po

PROMINENTIA

1. Condylus

2. ———

major est.

3. Linea aspe

pro adhaesio

CAVITATES in

1. Fovea in c

2. — tro

pus process

CAVITATES in

1. Sinus pa

da patella

2. Excisura

poplitea

3. Fovea

CONNEXIO.

sum in

DIVISIO in corpus, & extremitates. Unam superiorem, & alteram inferiorem.

PROMINENTIÆ in extremitate superiore.

1. *Caput*, est pars suprema semiglobosa.
2. *Collum*, quod oblique a capite ad trochanteres pergit.
3. *Trochanter major*, est tuberositas exterior
4. ——— *minor*, tuberositas est situ interior, & posterior.

PROMINENTIÆ in extremitate inferiore.

1. *Condylus* externus, qui minor est.
2. ——— internus, qui externo aliquantum major est.
3. *Linea aspera* in superficie postica corporis, pro adhæsione musculi tricipitis.

CAVITATES in extremitate superiore.

1. *Fovea in capite*, pro ligamento terete.
2. ——— *trochanteris majoris*, quæ in basi hujus processus est.

CAVITATES in extremitate inferiore.

1. *Sinus patellæ*, inter condylos, pro excipienda patella.
2. *Excisura condylorum postica*, quæ vasâ subpoplitea continet.
3. *Fovea* in condylis pro ligamentis cruciatis.

CONNEXIO. Cum 3. ossibus. 1. Cum acrobulo osium *innominatorum* per enarthrosim. 2. Cum

capite excavato *tibiæ*, & 3. Cum *patella* per *gynghlimum*.

SUBSTANTIA est in corpore compacta, in extremitatibus spongiosa, in cavo medullari reticularis.

USUS est constituere partem extremitatis inferioris.

T I B I A.

SITUS. In latere interno cruris inter femur, & tarsum.

FIGURA est longitudinalis, fere triangularis, superius multo crassior, quam inferius.

DIVISIO in corpus, & extremitates, unam superiorem, alteram inferiorem.

PROMINENTIÆ sunt in extremitate superiore.

1. *Caput tibiæ*, quod duobus finibus articularibus excavatum est.
2. Duo *condyli*, qui caput constituunt.
3. *Tuberculum duplex*, inter finus articulares.
4. *Tuberculum bulbæ*, seu cui *fibula* insidet.
5. *Spina tibiæ*, cui *ligamentum patellæ*, & tendo communis musculorum extensorum tibiæ adhæret.
6. *Crista tibiæ*, est margo acutus anterior, a spina descendens.

PROMINENTIÆ in extremitate inferiore.

1. *Malleolus internus*, qui processus inferior tibiæ est.

CAVITATES

CAVITATES su
Duo sinus
condyli
Foramen nu
biæ, ad al
arteria tra
Excisura sub
dylos, qu
CAVITATES in e
Sinus pro fib
Cavitas art
altragalo,
CONNEXIO cum
femoris pe
synnevrosum
Cum astrag
Ses. Constituit e
extremitatu
F
SITUS. In extim
FIGURA est long
DIVISIO in corp
rem, alte
PROMINENTIA
1. Caput
tate est.

CAVITATES sunt in *extremitate superiore*

Duo *sinus articulares* in capite tibiæ, quibus condyli femoris insident.

Foramen nutritium magnum in parte postica tibiæ, ad aliquot digitos sub capite, per quod arteria transit.

Excisura subpoplitea, in parte postica inter condylos, quæ vasâ subpoplitea transmittit.

CAVITATES in *extremitate inferiori*.

Sinus pro fibula, in latere externo tibiæ.

Cavitas articularis in extremitate inferiore pro astragalo, seu talo.

CONNEXIO cum 4. ossibus. 1. Cum condylis ossis femoris per gynglinum. 2. Cum patella per synnevrosim. 3. Cum fibula per eandem. 4. Cum astragalo per arthrodiam.

USUS. Constituit cruris fulcrum, & inservit flexioni extremitatum inferiorum.

FIBULA.

SITUS. In extima cruris parte juxta tibiâ.

FIGURA est longitudinalis, fere triangularis.

DIVISIO in corpus, & extremitates, unam superiorem, alteram inferiorem.

PROMINENTIÆ.

1. *Caput fibulæ*, quod in superiori extremitate est.

2. *Collum capitis.*
3. *Malleolus externus*, qui in extremitate inferiori est.

CAVITATES.

1. *Fovea articularis*, in extremitate superiori, qua cum tibia cohaeret.

CONNEXIO cum duobus ossibus. 1. Cum condylo externo *tibiae*, & cum ejusdem extremitate inferiori per *synnevrosum*. 2. Cum *astragalo* per *arthrodiam*.

USUS est, ut constituat *tibiae* fulcrum, & crus formare juvet.

PATELLA.

SITUS. Est in sinu intra condylos femoris, & supra tibia.

FIGURA est cordiformis.

DIVISIO in *superficiem externam*, & *internam*.
in *basim*, *apicem*, & *latera*.

CONNEXIO cum 2. ossibus. 1. Cum *sinu condylarum femoris* per *gynghimum*. 2. Cum *tibiae spina* per *ligamentum*, seu *synnevrosum*.

SUBSTANTIA est tota spongiosa.

USUS est, ut firmet articulationem genu, & tendini musculorum extensorum *tibiae* communi sit *trochlea*.

SITUS. Est in
FIGURA est super
COMPOSITIO

locantur

In prima se

In secunda s

Tri

PROMINENTIAE

1. Caput eji
extremi

2. Tuberosita
fertur.

3. Duo tube
quibus

CONNEXIO tati

per artu

5. ossibus

suis soci

SUBSTANTIA

Urus est, ut

tui pedi

TARSUS.

SITUS. Est inter crus, & metatarsum.

FIGURA est superius capitata, inferius lata.

COMPOSITIO ex 7. ossibus, quæ in duplici serie locantur.

In prima serie. *Astragalus*, qui superius.
calcaneus, qui inferius est.

In secunda serie. *Os naviculare*, & juxta illud
in latere interno

Os cubiforme.

Tria ossa *cuneiformia*, quæ juxta se in-
vicem locantur.

PROMINENTIÆ sunt,

1. *Caput astragali*, quod inter malleolos cum extremitate tibiæ cohæret.
2. *Tuberositas calcanei*, cui tendo *Achillis* inseritur.
3. *Duo tubercula* in superficie inferiori calcanei, quibus *aponevrosi plantaris* adnectitur.

CONNEXIO tarsi est triplex. 1. Cum *tibia*, & *fibula* per *arthrodiam*. 2. Tria ossa *cuneiformia* cum 5. ossibus *metatarsi*. 3. Unum os tarsi cum suis sociis per *amphiarthrosim*.

SUBSTANTIA est spongiosa.

USUS est, ut constituat basim pedis, ut serviat motui pedis extremi.

METATARSus.

SITUS. Est inter tarsum, & digitos pedis.

FIGURA metatarsi est longitudinalis quadrata.

DIVISIO in *superficiem superiorem, & inferiorem.*

in *margines* 4. in *anterior*em, qui digitis,
in *posterior*em, qui ossibus
cuneiformibus tarfi re-
sponder.

in duos *laterales*, qui li-
beri sunt.

COMPOSITIO ex 5. ossibus longitudinalibus, quæ
5. *Ossa metatarsi* vocantur, quodlibet os cor-
pus, & duas extremitates habet, quarum su-
perior *excavata*, inferior *capitata* est.

CONNEXIO superius cum tribus ossibus cuneifor-
mibus, inferius cum prima phalange digito-
rum pedis.

USUS est constituere *dorsum, & plantam* pedis.

DIGITI PEDIS.

SITUS. In margine anteriore metatarsi.

COMPOSITIO. *Pollex* ex duobus ossiculis.

Digitus quilibet ex 3. ossiculis, quæ
phalanges vocantur, constar.

COHÆSIO. *Prima phalanx* cum ossibus metatarsi, *se-
cunda phalanx* cum tertia cohæret.

Usus digitorum est partem extremam pedis constituere.

OSSICULA SESAMOIDEA.

Sunt ossicula parva semen sesami, vel pisa referentia.

SITUS. In junctura sub phalangibus pollicis manus, & pedis.

SUBSTANTIA in juvenibus cartilaginea, in senibus ossæa.

USUS. Sunt tendinibus pro parva trochlea.

SCELETUS FOETUS.

Omnia ossa fœtus sunt adhuc valde imperfecta.

Omnes fere longorum ossium extremitates, & ceterorum apophyses ope substantiæ cartilagineæ cum corpore ossis conneduntur. Hæ portiones ossium *epiphyses* vocantur.

Ossa cranii suturis carent, & sola membrana robusta, fere cartilaginea, cohærent.

In antica parte verticis inter ossa parietalia, & os frontis, locus cranii membranaceus est, qui *fonticulus* vocatur *anterior*. Parvus talis locus membranaceus in superiori ossis occipitalis angulo est, qui *fonticulus posterior* dicitur.

Os frontis duabus portionibus, mediante *sutura frontali* nexis, & os occipitis ex 4. portionibus constat.

Dentium adest duplex series, quæ gingivis tegitur.

Plura de dentibus vide in consideratione dentium.

Loco meatus auditorii externi *circulus osseus* solummodo adest, in quo sulcus reperitur, cui membrana tympani adhæret. Hic circulus osseus sensim in adultiori ætate in meatum auditorium prolongatur.

Cava articularia ossium adhucdum planiora sunt, quam in homine adulto.

